cartae Brugge (Vallis Gratiarum) 2386 (1423) - 2517[2] (1435) - 1389[3] (1417) - 2319[4] (1475) - 2546[5] (1483) - 2134[6] (1544) - 1711[7] (1575) - 2183[8] (1577) - 1954[9] (1578) - 2690[10] (1578).

1) Ordinationem factam per Visit. quod nec Prior nec Procur. nec aliqui Relig. nostri Ord. a caetero debeat interesse processioni etc. confirmamus, exhortantes etiam in visceribus J. Ch. Priorem novum et totum conventum quatenus instanter laborent ut liberentur a prandio civium Brugensium quod consuevit fieri quinta feria ante Ramos Palmarum; nihilominus injungentes omnibus personis dictae Dom. quod si de caetero dictum prandium in Domo sua fieri permiserint et se non opposuerint, quantum in ~~Domo sua~~ eis erit, illa die in pane et aqua abstineant et cellas non egrediantur, iuxta secundum formam Statutorum nostrorum

2) Et D.N. quia stabilitatem promisit in D. sua, perseveret, nec amodo Capitulum vel Visitatorem super huiusmodi inquietet

3) Ut moneamus seriose Priorem Brugen. ne amodo sub dissimulatione permittat tamen fugitivos ordinem seu ad alias Domos transmittat, sed in forma Ordinis recipiat, id est, ad carceres, quoniam sibi fiet per Capit. seu refusio expensarum.

4) Injungimus Visitatoribus Prov. ut sub visitatione Domus Monachorum Brugis diligenter singula reforment tam in capite quam in membris reformatione digna, et provideant in singulis dictae Domui de exclusione saecularium tam a Choro quam a claustro, etiam de extirpatione illarum herbarum odoriferarum iuxta cellas Monachorum, non obstante quocumque lucro inde acquirendo aut perdendo. Similiter committimus eisdem Visit. plenam auctoritatem omnia et singula ordinandi quae putabunt posse deservire pro salute omnium illorum.

5) D. D.N. petens mitti ad D. Brugarum, quia ipsam D. sic nominatam ignoramus, stet quietus in Domo sua praesertim cum sua petitio habeat unum irrational annexum (ista Domus vocatur in brano: D. Bruges!)

6) Admonemus Priorem D. Bruges ut domi solito melius resideat religiose et exemplariter vivendo et quae sunt corrigenda apud subditos viriliter corrigendo.

7) Priori D. Bruges mandamus et praecipimus ut juxta ordinat. Visitatorum provideat de loco in quo mulieres advenientes recipiat, ut comedere possint, et non in capella sacrata.

8) Priorem D. Br. rogamus ut melius solito seipsum exemplum suis exhibeat stabilitatis et quietis et saecularium familiaritatem devitet.

9) Priori D. Br. et suo desolato Conventui compatientes eisdem rogamus ut Domini visitationem patienter ferant.

10) idem.

L. Gilliodts van Severen

Coutumes des Pays et Comté de Flandre
Quartier de Bruges t. I
Coutume de la Ville de Bruges t. I

578 Différend avec la France sur le 3e article des XVII points

p. 606 Ghegheven te Chartrueusen buten Ghent in de Croone den XXIII^e dach van ougste int jaer ons Heeren duust vier hondert neghen ende veertich

(Arch. de Br., Groenenbouc C fol 246 v°
Purperenbouc fol 131 v°, 134